



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

De conditionibus thesauri meritorum, & satisfictionis, Passionis, &  
Sanguinis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

necessaria. De hac igitur materia tanti momenti utilita-  
teque aspirante Spiritus S. gratia tractabimus in presenti  
capite, tria breuiter declarantes puncta: primū de con-  
ditionibus thesauri meritorum Christi: secundum de ef-  
fectibus; tertium de applicatione.

*Conditionibus thesauri meritorum & satisfactionis  
Passionis & Sanguinis Christi.*

Pro meliori intelligentia dicendorū de proprietati-  
bus meritorū Christi, supponendū est, meritū nil ali-  
ud esse, quā opus voluntariū, cui debetur ex iustitia mer-  
iti prēmium. Vt v. opus aliquod mereatur prēmium  
debet iustitię, nonnullas postulat condiciones: tres ex  
parte operis, videlicet, vt sit bonū, liberū & proportiona-  
tum premio: dux ex parte operantis, qui sit in statu via-  
tionis, & gratię: vnā ex parte finis, qui sit supernaturalis;  
quā ex parte Dei, qui acceptet opus, promittēdo prēmium  
iustitię operis: non n. potest se obligare Deus ad ex-  
ecutionem nisi promissione interueniente, quā seipsū  
obligat titulo fidelitatis. E eorum id, q̄ dictū est de meri-  
to cōmuni, intelligendū quoq; est de merito Christi;  
fuit verū & propriū meritum in Christo cū anni-  
mā conditionibus enumeratis, ad meritū necessariis. 1.  
Operaciones Christi erant bonę moraliter, nec poterant  
esse malę. 2. Erāt liberę libertate exercitii (vt aiūt The-  
olog) nō specificationis: siquidē nō erāt liberę ad bonū  
sed malū; sed intra rationē boni, poterat n. hoc aut ali-  
ud bonū facere. 3. Erant prēmio proportionatissima pro-  
pter dignitatē Personę operantis. 4. Constit. erat in statu  
viatoris, q̄a erat in via ad impass. az. & ad gloriā corporis.  
5. Erat in statu gratię: & gratię vnionis, & gratię habitual.  
6. Operabatur propter finē supernaturalē, & absq; eo a-  
lię eius naturales summe meritorię erant propter  
dignitatē personę. 7. Deniq; operaciones erant à Deo  
acceptę ad prēmium infinitum, aut necessariō, aut li-  
berę, quod Scholasticis relinquo discutendum. Et haec  
sufficiant pro breui intelligentia essentię thesauri, meri-  
torum Christi. Nunc eiusdem exponemus proprietates.  
Prima proprietas Est thesaurus nobis summe necessa-  
rius, etiam, supposito, q̄ Deus volebat sibi ex toto rigo-  
ritate fieri propter offensam per peccatū Adami  
satisfactio debebat esse infinita, proportiona-  
ta offensę infinitę, & quia hęc p̄stari poterat à puro Deo  
d tūm hic

Caiet. tom.  
3 opusc. 2.  
10. c. 9.



hic solus satisfacere non possit humiliando se alio  
superiori: neque à puro homine, cum infirmam satisfac-  
tionem exhibere nequeat; necessarius fuit adiutor  
Christi, qui simul esset Deus & Homo, & ut Homo de-  
ret satisfactionem, ut Deus, daret valorem & infirmitatem  
illius. Necessarius igitur est thesaurus meritorum & sa-  
tisfactionum Christi, quo iustitiæ Dei plenaria exhibe-  
tur satisfactio pro nostris peccatis.

Secunda proprietas. Est thesaurus vilissimus. Quia  
merita nostra non solum suadata habemus in meritis  
Christi, & ab illis dependentia, verum etiam nobis, in  
quantum sumus membra unam & eandem personam  
mysticam cum Christo, tanquam cum capite, consubstan-  
tialia, eadem Christi merita attribuantur vi propor-  
tionis. Quod etiam confirmat Augustinus ex regula Tyronum  
illius eandem reddens rationem: *Transiit à corpore ad  
corpus, & à corpore ad caput: quia non receditur ab uno  
eademque persona.* Et huius causa coniunctionis me-  
ritorum nostrorum cum meritis Christi, de roboris veritate  
cari ac dici potest, quod mereamur non duntaxat  
iustitia, sed etiam ex omni rigore iustitiæ. Eadem de  
causam Deus præmiando merita nostra, præmium con-  
cedit *ultra condignum*: quia respicit etiam merita  
Christi. Felicitissima sanè unio, dignissima coniunctio.  
Cum hac & per hanc omnem, qui est ius meritis nostris  
supplemus defectum. *Quidquid deest mihi, dico  
vobis, suppleo ex merito Christi.* Quare opor-  
tet nos hanc esse non solum documentum est, & consilium, nè operemur  
quam membrum duntaxat, sed tanquam personam  
cum Christo, offerendo Patri æterno nostra merita  
meritis Christi. Hinc sequitur, quintuplici ex causa  
merita nostra dependere à meritis Christi. 1. Quia  
gratiam, quæ est principium meriti: hæc enim gratia  
datur nobis per merita Christi. 2. Quod ad auxilium  
per naturalia, tam antecedentia, quam consequentia  
gratiam: quia hæc quoque habemus per merita Chri-  
sti. 3. Quia ad acceptationem ad præmium: nam opera  
nostra bona in tantum à Deo ordinantur ad præmium  
& acceptantur ad præmium, eisque promittitur  
*sub conditione operis*; in quantum is movetur à merito

Aug. de  
Doctr.  
Christ. c.  
31.

S. Bernard

Bernardus, *suppleo mihi ex merito Christi.* Quare opor-  
tet nos hanc esse non solum documentum est, & consilium, nè operemur  
quam membrum duntaxat, sed tanquam personam  
cum Christo, offerendo Patri æterno nostra merita  
meritis Christi. Hinc sequitur, quintuplici ex causa  
merita nostra dependere à meritis Christi. 1. Quia  
gratiam, quæ est principium meriti: hæc enim gratia  
datur nobis per merita Christi. 2. Quod ad auxilium  
per naturalia, tam antecedentia, quam consequentia  
gratiam: quia hæc quoque habemus per merita Chri-  
sti. 3. Quia ad acceptationem ad præmium: nam opera  
nostra bona in tantum à Deo ordinantur ad præmium  
& acceptantur ad præmium, eisque promittitur  
*sub conditione operis*; in quantum is movetur à merito

4. Quò ad supplementum defectuum: quia merita Christi supplet defectus nostrorum meritorum, s. & ultimò. Quò ad unionem: nam merita nostra vnita sunt, & coniuncta cum meritis Christi, vti in vna eademque persona, non naturali, sed my-  
 stica, ut dictum est.

Terti: proprietatis. Est thesaurus sufficientissimus: nam Christus nobis promeruit gloriam, sufficientissimam soluendo pretium Sanguinis sui. *Bonum autem est Sanguis Christi, diues ad pretium, ad lauandum nos a peccato profusus.* Sicq; gloria cœlestis, vt potè, nobis, & pro nobis comparata, nobis iam iam parata est, & disposita pro nobis nos expectat, & sola deest possessio. Nostra est quantum ad ius, non est tamen nostra quantum ad possessionem. Et si possessio sit per possessionem pedum, tunc eam possidebimus, quando in eam collocabimus totum amorem & affectum nostrum. Si quisquam compararet civitatem aliquam pro vendendis subditis suis, & soluendo pretium Patrono diceret: *Ecce pro mea persona, sed pro tali aut nomine talis comparavi hanc urbem; quotiescunque is voluerit, trades possessionem illius: subditus abs dubio urbis huius speret dominium; at nunquam illam possideret, nisi propria persona illuc iret possessum illam.* Ad eundem modum Christus D. N. emit à Patre suo cœlestem gloriam soluendo pretium Sanguinis, non pro se, sed pro nobis eam comparauit: ipse enim eadem iam fructur ex debito unionis, vult igitur illam nobis dare ex debito meriti; sed eum hac conditione, vt ipsimet veniam accipiam illius possessionem, & nisi in propria veniam persona, omnipriuemur iure & dominio. Quare gloria aeterna est nostra, non iam à nobis comparanda; sed vt fruamur illâ, solum eò iter constituendum est; & *nil inquinatum intrabit in eam;* primò necesse nos mundemus & expurgemus ab omni peccati macula ab omni reatu & obligatione pœnæ. Hoc ipsum nobis inuuit Christus D. N. per parabolam nuptiarum, quibus illi dicitur taxati inuitati exclusi fuere, qui *neglexerunt venire*, bonis terrenis inhiantes. Pro praxi huiusque dictorum capiamus exemplum à D. Bernardo.

S. Ambros.  
 psal. 35.

quâ ratione respondere oporteat Diabolo diffidens  
aut desperatione nos tentanti: respondeamus, inquit,  
cum viro sancto: Christus duplici titulo obtinuerit  
gloriam, titulo, videlicet, vniuersionis, & meriti: & ratione  
primi ipse eam contentus est, ratione secundi eandem  
nos efficit participes: quapropter in meritis Christi  
habeo ius ad gloriam, & cooperando in virtute eorundem  
meritorum obtinebo illius possessionem.

Quarta proprietates. Est thesaurus eminentissimus  
propter infinitum, quem in se continet, valorem & dig-  
nitate meritorum & satisfactionum. Infinitus  
valor meritorum Christi duplici ex capite desumi potest.  
Ex infinita dignitate Personæ verbi. 2. Ex infinita dig-  
nitate naturæ humanæ, consideratæ, non secundum  
puram naturam humanam; sed vt est sanctificata & Di-  
ficata à natura Diuina.

Primū probatur ex illo principio philosophico, quod  
actiones non sunt formarum, sed suppositarum: quia  
forma (vt aiunt) est principium, et Quo; suppositum  
verò, vt Quod, id est, suppositum aut persona est prin-  
cipiū, quod proprie operatur, & cui attribuitur operatio: et  
mediante formâ, tanquam principio suo immediate  
operatio. Ex hac doctrina sequitur, Verbum Di-  
uinum, quod proprium erat in Christo suppositum, per-  
rari cunctas actiones, humanas & Diuinas: humanas  
mediate naturâ humanâ: Diuinas, mediante Diuina.  
Quapropter Apostolus Deo attribuit actum reconcilia-  
tionis Mundi, Diuino, nimirum, supposito, quod erat  
Christo: *Deus erat in Christo Mundum reconcilians*.  
sed mediante Humanitate iuâ. Vnde ad eundem actum  
satisfactionis & reconciliationis concurrerunt & natura  
humana quod ad substantiam operis seu actus, & natura  
Diuina quantum ad valorem. Quemadmodum pictor  
cum perficitur à pictore, quod ad subst. dependet a  
pictoris; quantum verò ad modum artificii ofum a  
artis arte dependens est. ad eundem modum satisfactio  
redemptio nostra, quantum ad substantiam, dependet  
natura humana Christi: quantum ad modum  
nimirum, sit redemptio in ipso valorem, ac de omni  
se iustitiz) dependens habet à Persona Diuina.

2. Cor. 5.

3. p. q. 1. art. 2.

Actio ergo hoc principio, primum punctum probatum manet, quia, ut bene advertit Caieranus, in operatione Christi, tam activa, quam passiva, duo considerari possunt: primum, quod sit operatio: secundum, quod sit talis Persona Divina et proprii suppositi. In prima consideratione operatio Christi erat finita: in secunda erat infinita, videlicet, in dignitate meriti, infinita satisfactionis, & infinita impetrationis, propter infinitum valorem, quem ab infinita Divina Persona operantis dignitate recipiebat, ac propterea, ut idem Doctor subiungit, Passio Christi, licet fuerit bonum finitum essentialiter, fuit tamen bonum infinitum personaliter. Et hoc sufficit pro primo puncto.

Probatur ouge secundum punctum. Quia Diuinitas non immediate, sed mediate Humanitati in Persona Verbi, ad modum forme, sanctificabat & Deificabat naturam humanam: quemadmodum mignis ferro virtus, ad modum forme, calefacit, & ignitum facit efficit ferrum. Quia de causa operationes, ut procedebant a natura humana sic sanctificata & Deificata reddebantur in se Deitatem & Diuinam, ac per consequens infinita dignitatis & valoris in merito & satisfactione: propter eandem rationem omnis actio Christi simul humana est, & Diuina, sicut in graeco idiomate dicuntur actiones Theandricae, sicut est, Dei viriles, Dei virig. Etenim humana sunt, in quantum procedunt a natura humana: & Diuina, in quantum procedunt a natura Deificata.

Es huc, & que dictis tria suboriuntur dubia. Primum, si quodlibet Christi opus fuit infiniti meriti satisfactoris, quia Personae Diuinae dignitas aequaliter & indubitanter dignificabat omnia: ergo quaecunque Christi actio sufficiens erat nostrae Redemptioni.

Secundum, si meritum Passionis Christi est infinitum: cum Christus solus, absque ulla ope nostra abundantissime iam satisfecerit, superfluum est meritum nostrum. Tertium, Bonitas satisfactionis Christi videtur esse inferior ipsa peccati malitia: enim verò malitia peccati est contra Deum, in quantum est Deus, at satisfactio est contra Christum, qui est Deus; attamen non est a Christo, in quantum Deus, sed in quantum homo est; ergo pro tali bonitate ad aequalitatem satisfacere nequit.

S. T. q. 19. art. 1.  
S. Dion. Epist. ad Caesarium.  
S. Amb. lib. 3. de fide. c. 19.

Ad



S. T. quolib.  
2. art. 2.

Ad primum respondetur cum S. Thoma, ad comparandam rem aliquam ultra quantitatem pretii requiri insuper deputacionem pretii: Christus igitur Dominus noster pro salutis nostrae pretio deputavit & obtulit vitam duratam actionem meritoriam; sed omnes uoluntatis vitæ, Passionis & mortis suæ.

Ad secundum respondetur, necessarium quoque esse meritum nostrum: quia Deus non solum accepit nos per Christum ad gloriam, veluti puerulos cum baptismo ex hac vita migrantes; sed etiam ad meritum gloriæ: quod secundum S. Thomam nobis magis gloriosum est. Unde Christus D. N. non tantum nobis promeruit gloriam; verum etiam illius meritum.

Ad tertium respondetur, satisfactionem esse à Christo & quidem quod ad substantiam est à Christo, in quo ipse homo est: quod ad valorem vero, est ab eodem, in quantum est Deus. Quapropter non tantum æquales satisfactionem; sed etiam ipsam excedens: Deo enim infinitum est plus placuit bonitas satisfactionis Christi, quam est displicuit peccati malitia. Quemadmodum, inquit S. Chrysostomus, si quis pro debito decem scutorum, seu aureorum hanc persolvere summam, & insuper alia numerata auri talenta, vinculumque in Regalem aulam duceret. Et ad hoc idem significandum mysterium interpretatur Concilium Triburense, quod consecraturus calicem in sacrificio Missæ maiorem vini quam aquæ apparet quantitatem, quo denotatur, valorem meritorum Christi longe excedere malitiam peccati. *Ut ubi abundantius delictum, tibi superabundet & gratia.*

S. Chrysostr.  
Hom. 10. in  
Epis. ad  
Rom. 4.

Ad Rom. 5.

Quinta proprietas. Est thesaurus purissimus: enim venit Christus in carne, non ut nobis natura fortunæ; sed Diuina gratiæ & gloriæ mereretur. Christus non pro hominibus, ut crearentur, passus est, ut impii iustificarentur. & hac est gratia data per ipsum Christum Dominum nostrum, quam commendabit Apostolus, scilicet, gratia iustificationis, non creationis. merito igitur Christi merita dici debent purissima: quæ Deum purè respiciant, mereanturque: maiorè Dei gloriæ, non in creatione Mundi, non in sapientia Philosophorum, nec in potentia Imperatorum mundanorum.

S. Aug.

spirituali duntaxat, & supernaturali potentia anima-  
rum. Et in hoc merita nostra conformanda sunt me-  
rita Christi, sicuti effectus causis suis assimilari debent:  
nimirum, applicemus merita nostra propter bona æ-  
terna, non propter temporalia: laboremus & sudemus  
propter æternitatem, non propter temporis breuita-  
tem: omnem curam ac sollicitudinem ponamus in ac-  
tendis, non naturæ & fortunæ; sed supernaturali-  
bus gratiæ bonis: plura pacis complectar, non nisi illud  
videamus promereri præmium, quod etiam promeruit  
Christus, quod est præmium gratiæ & gloriæ.

Secunda proprietas. Est thesaurus misericordiæ uberimus:  
quia Christus sanctissimis suis mediantibus meritis sem-  
per assistit Patri suo æterno, *semper uiuēs ad interpellan-*  
*dam pro nobis, semper coram Patre clamando & peten-*  
*do misericordiam: misericordiam nobis, & iustitiam*  
*nobis: siquidem dona gratiæ, quæ ex purâ liberalitate no-*  
*bis exiuentur, ex iustitia debentur meritis Christi, imò*  
*ipsa merita nostra non nisi Dei dona sunt.* Vnde S. Au-  
gustinus in illa verba: *Ascendens in altum, dedit dona*  
*hominibus*, ait: *Hac dona sunt merita nostra.* Quoties  
Deus iustitiæ suæ motus debito Mundum castigasset, ac  
in inferni abyssum dedisset præcipitem, nisi placatus  
esset præsentia meritorum Christi pro Mundo pieta-  
tem, veniam & misericordiam continuò claman-

Septima & vltima proprietas. Est thesaurus glorio-  
sissimus: etenim Christi merita verum & vnicum fun-  
damentum sunt omnis nostræ gloriæ, lætitiæ & gaudii.  
Vnde Apollolus dicebat: *Abstine mihi gloriari nisi in Cru-*  
*ce Domini nostri Iesu Christi*, videlicet, in meritis & fru-  
ctibus Crucis Christi, qui sunt etiam fructus & merita  
nostra, ut bene exponit S. Thomas. In meritis Crucis  
Christi consistunt omnia motiua veræ lætitiæ & gaudii.  
1. Est fundamentum veri gaudii, quod recipimus in  
amicitiam Dei: id autem obtinuimus per merita Passio-  
nis Christi, in hac enim euidens dilectionis Diuinæ de-  
monstratus argumentum. *Omnestimabilis dilectio Cha-*  
*ritatis! ut seruum redimeres, Filium tradidisti.*  
2. lætentiæ motiuum est adoptio magnæ sci-  
entiæ

Hebr. 7.

S. Aug.  
Ephes. 4.

Gal. 6.

D. Tho.



entia; & hanc excellentiam reperit Apostolus in merito  
 1. Cor. 2. Crucifixi: *Non iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi  
 sum Christum, & hunc crucifixum.*

3. Gloriosum est magnam pollere potentia & virtute  
 1. Cor. 1. & hanc possidemus in cruce Christi & meritis eius. *Ver-  
 bum Crucis pereuntibus quidem stultitia in autem qui  
 salvi fiunt, id est, nobis, Dei virtus est.*

4. Lætitie quoque materiam suppeditat, transire  
 Rom. 9. servitute ad statum libertatis: & hac fruimur in meritis  
 Christi. *Vetus homo noster crucifixus est, ut ultra non  
 vivamus peccato.*

5. Magnæ estimationis indicium est, si quis ad emi-  
 nentem quandam assumatur dignitatem: & nos per me-  
 rita Christi ingressum habemus & aditum ad dignita-  
 tem cælestis gloriæ. *Christus per proprium Sanguinem  
 introiit semel in Sancta, æterna Redemptione, q. d. Chri-  
 stus per effusionem Sanguinis sui in die Ascensionis tan-  
 quàm summus Sacerdos intrauit in Sancta Sanctorum,  
 nempe, regnum cælorum: nobis eandem etiam acqui-  
 rens gloriam cum æterna Redemptione.*

6. Denique occasione cuisdam victoriæ magnam  
 applausus nihilque decet ad summam lætitiarum; & nos per  
 Sanguinem Christi de cunctis inimicis nostris repota-  
 mus victoriam. *Expoliatus Principatus & Potestates, in-  
 duxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso, id  
 est, in proprii corporis crucifixione, veluti exponit Carthusi-  
 anus in hunc locum. Cum igitur Christi merito-  
 rius nostri boni origo sit & principium, merito eius  
 potest: Venerunt nobis omnia bona pariter cum iura, nec  
 in vlla alia re nobis gaudendum, aut gloriandum est, nisi  
 in Cruce & in meritis Crucis Domini nostri Jesu Christi.  
 Ut propterea thesaurus meritorum Christi appropin-  
 catur gloriosus.*

Coloss. c. 2. *est, in proprii corporis crucifixione, veluti exponit Carthusi-  
 anus in hunc locum. Cum igitur Christi merito-  
 rius nostri boni origo sit & principium, merito eius  
 potest: Venerunt nobis omnia bona pariter cum iura, nec  
 in vlla alia re nobis gaudendum, aut gloriandum est, nisi  
 in Cruce & in meritis Crucis Domini nostri Jesu Christi.  
 Ut propterea thesaurus meritorum Christi appropin-  
 catur gloriosus.*

Carthus.  
 Sap. 7. II. *est, in proprii corporis crucifixione, veluti exponit Carthusi-  
 anus in hunc locum. Cum igitur Christi merito-  
 rius nostri boni origo sit & principium, merito eius  
 potest: Venerunt nobis omnia bona pariter cum iura, nec  
 in vlla alia re nobis gaudendum, aut gloriandum est, nisi  
 in Cruce & in meritis Crucis Domini nostri Jesu Christi.  
 Ut propterea thesaurus meritorum Christi appropin-  
 catur gloriosus.*

*De effectibus meritorum Passionis  
 Christi D. N.*

**M**erita Christi, ut potè, infinito suffulta valore, ad  
 merendum non ipsimet Christo duxerunt, sed etiam  
 iam aliis, nempe, Angelis & hominibus sufficiens fuerunt  
 fuere. Videbimus igitur, quid sibi promeruerit Christus  
 D. N., quid Angelis, quid etiam hominibus.